



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illustrium Virorum Poemata

Amstelodami, 1672

Ad Felicem Zachiam, Natalis Rondinini defuncti matrem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11215

Quæ circum accipiens longè exaudita, resultans
 Assonat, ingeniumque tuum sibi vendicat Orbis.

A D
 FELICEM ZACHIAM,
 NATALIS RONDININI
defuncti matrem.

V Idit ut ereptum properato funere natum,
 Flentibus immoto pectore mater ait;
 Mortalis genui mortalem, animoque supremum,
 Cum peperit, occurrit tempus & atra dies.
 Vana tamen ratio, & rerum te fallit imago,
 Pace tuâ liceat dicere, docta parens.
 Perlege NATALEM celebrantùm carmina, in ævum
 Carmina divinis edita ab ingeniis:
 Teque immortalem nati de nomine, & illum
 Laudibus æternùm vivere nosce suis.

SOLARIUM ABSQUE GNOMONE
 BERNARDINI SPADÆ CARD.

H Orarum interpres quòd nullâ tangitur umbrâ,
 Tempora sed toto linea sole notat,
 Multa animo volvis, dum causam quæris, & esse,
 Quidquid id est, miræ colligis artis opus.
 Falleris: hîc puro splendent ubi cuncta nitore,
 Et Domini fulget lumine clara domus,
 Haud locus est umbræ: non hîc famulantibus horis
 Dum properat, raptim tempora lapsa docet;
 Usque